Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



21

pienteſ ſingule metretas binas uel ternas.
Dicit eis ihc. Implete ydrias aqua. Et impleuerunt eas uſq; adſummum. Et dicit eis ihc. Hauriite nunc. & ferte architriclino. Et tulerunt.
Vt autem gustauit architriclinus aquam uinum factam. & non sciebat unde esset. ministri autem sciebant qui hauserant aquam. uocat sponsum architriclinus. & dicit ei. Omnis homo primum bonum uinum ponit. & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. tu autem seruasti bonum uinum usq; adhuc. Hoc fecit initium signorum ihc in chana galilee. & manifestauit glam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius. Dom. iii.

Fratres. Nolite esse Ad Romanos.
prudentes apud uosmetipsos. nullum malum pro malo reddentes. prudentes bona non tantum coram deo. sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest. quod ex uobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defen